

DISSERTATIO INAUGURALIS  
JURIDICA

De

JUDICIO WEST-  
PHALICO;

Quam

DIVINO ASSISTENTE NUMINE,

Ex

AUTHORITATE ET CONSENSU

INCLYTÆ

FACULTATIS JURIDICÆ

in alma Regia, quam Duisburgum Cli-  
viorum habet, Universitate

Ad

Summos in Utroque Jure Honores cum Privilegiis Do-  
ctoralibus ritè consequendos publicæ Eruditorum  
disquisitioni exposita,

*Die 19. Octobris 1743. horis locoque suetis.*

Ab

ANTONIO CHRISTIANO TOHOLTEN,

STÖRMEDENSI.

---

*DUISBURGI ad RHENUM,*

Typis JOHANNIS SAS, Academiæ Typographi.

Anno c1743.

REVERENDISSIMIS,  
EXCELLENTISSIMIS, PER-  
ILLUSTRIBUS ET GENEROSIS,  
386/441 665 39 (4)  
NEC NON

PRÆNOBILIBUS, NOBILI-  
BUS, CLARISSIMIS, DOCTISSIMIS,  
CONSULTISSIMISQUE DOMINIS,

D O M I N I S

DUCATUS  
WESTPHALIÆ  
STATIBUS

PATRONIS MEIS  
AC DOMINIS DOMI-  
NIS GRATIOSISSIMIS



SACRUM!

REVERENDISSIMI, EXCEL-  
 LENTISSIMI, PERILLUSTRES  
 ET GENEROSI,  
 NEC NON  
 PRÆNOBILES, NOBILES,  
 CLARISSIMI, DOCTISSIMI, CONSULTIS-  
 SIMIQUE DOMINI STATUS, DOMINI  
 PER QUAM GRATIOSI, AC  
 HONORATISSIMI.

**R**eversus in Patriam meam Colonien-  
 si-Vestphalicam è studiis juridicis tum Heidel-  
 bergæ, tum Salisburgi absolutis ad sequendum  
 tot præcedentia Patriotarum meorum bona  
 Exempla obligatum me sensi, atque parili voto  
 incitatum, ad offerendum fructum hinc inde  
 collectum, adeoque Patrium, quem præ ceteris nostra lauda-  
 biliter largitur Patria, per hoc honorem consequendum, quem  
 in finem igitur paratas has paucas offero, do, ac dedico  
 chartulas, cum annexis æternis supplicationibus; ut REVE-  
 RENDISSIMÆ, EXCELLENTISSIMÆ, PERIL-  
 LUSTRES, GENEROSÆ, PRÆNOBILES, NOBI-  
 LES, CLARISSIMÆ, AC CONSULTISSIMÆ DO-  
 MINATIONES VESTRÆ, animi Conatum, laborem,  
 ipsamque hujus ex Jure Publico opusculi mei fructum Gratio-  
 sis non dedignentur intueri oculis, si non res ipsa, saltem Co-

natus placeat; Thesulas has, quas in devotissime, subjectiv-  
nis monumentum, in aeternum gratitudinis perpetua argu-  
mentum sub spe Tutela Vestra, MOECENATES OPTI-  
MI, Vestroque Nomine tanquam securo, firmoque Clypeo de-  
fendendas suscepi, gratas habere, ac defendere, Vestra pla-  
ceat gratia, favore, benignitate Clementia, ac benevolentia,  
& erunt Theses tuae, tutum studium, tutus & ego; quibus  
pro gratis, benevolentis, & non sat depradican-  
dis animo-  
rum Gratosus, Generosisque affectibus (repeto) do, offero,  
dedico, Theses has in Confirmationem meritorum, ac Virtu-  
tum Vestrarum, inque signum, ac grati animi testimonium;  
quae si non fuerint sufficientes, convolo ad beneficia juris, &  
cedo bonis, si neque hoc suffecerit; in solutum me dabo, si  
neque hoc delegabo Vobis Summum Numen, à quo ut largis-  
sima benedictio, in Vos, Vestras Familias, Patriamque No-  
stram redundet, devotis suspiriis contendo; accipite, si me-  
reor, promptum, & non gravemini honorare

REVERENDISSIMI, EXCELLENTISSIMI,  
PERILLUSTRES ET GENEROSI,

NEC NON

IRRENOBILES, NOBILES, CLARISSIMI,  
DOCTISSIMI, CONSULTISSIMIQUE  
DOMINI STATUS, DOMINI PER-  
QUAM GRATIOSI, AC HONO-  
RATISSIMI

Me devotif. atque obseq. Client.  
ANT. CHRIST. TOHOLTEN,  
Störmedenâ Westphalum.

# JUDICIO WEST- PHALICO.

## §. I.



Varia olim fuisse judicia Germaniæ omnibus, qui Historiam Juris Germanici à limine salutarunt modò. facile perspectum est, inter quæ & illud Westphalicum suam obtinuit sedem, judicium tum temporis, ut videtur, necessarium, & Nobile æquè, ac ex post minùs incognitum testib. Imper. Recessib. in quibus de illo sæpius occurrit mentio. *Reform. Frid. III. de 1442. vom heimlichen Gericht. §. 9. Reform. Maximil. I. Jud. Westph. 1495. Ord. Cam. de 1555. p. 2. art. 20. §. 7.* tempore moderno autem amplius obtinere posse non videtur, quia abrogatum est. 1512. *Reform. Maximil. I.* occasione cujus.

§. II. Videtur quisdam tacitis à me petere cogitationibus, quis suscepti laboris finis, quid attrinet jurisprudentiæ particulam dudum sepultam è cineribus movere? *Hodie tamen ne in ipsa quidem Westphalia requirentibus inculenta ejus vestigia si se amplius offerre, Schwed. ex Dissut. Rothov. Maur. c. 1. Thef. 7. cum aliis.* Qui Viri insignes tamen falluntur, ut infra pluribus. Quis finis horum paucorum? taliter interroganti respondere possum cum Justiniano §. I. *Inst. de test. ord. Sed ut nihil antiquitatis penitus ignoretur, sciendum est,* pro primo, pro secundo & maximo, nondum penitus expiravit judicium hoc, estque in viridi aliquatenus adhuc observantia; etsi non quoad eundem, quod absit & abest, modum procedendi; tamen quoad Nomen, linguâ.

linguâ Patriâ, de frien Stoel, dictum, ad quod tracta est (memini ego) causa; quod quis Nominatus fuerit: Katen dehf quia fortè abstulerat selem; desuperque, sciò, reum emendam dare debuisse. Unde adhuc obtinet iudicium quæstionis; idque (pro notitia publicistarum) in Gograviatu Gesecensi, districtu Coloniensi Westphalico; adeoque justus cæpti mei finis; Cujus

§. III. Author valde disputatur, Paul. Æmil. lib. 2. & 3. Hist. Franc. indubitatum credit authorem Carolum M. quod & Cranz. lib. 2. Hist. Saxon. Cap. 21. Lindenbr. in chron. Carol. M. p. 219. Gryphijand. in Weichbild. Sax. Cap. 54. n. 5. & sqq. tempore Frid. III. circa 1458. irrepsisse autumat; propter varias rationes. Sentit adhuc aliter Vitriar. §. 5. & 6. h. r. si tamen fides habenda Æneæ Sylvio à me §. 5. relato, adscriberem ego sententiæ illorum, qui Carol. M. credunt authorem. Quidquid tamen sit, articulus fidei, quin sit, nimis multum abest, & sententiam quamlibet hîc si amplexus fuero, semper aderunt, contradictores illi; qui quâvis occasione amant contradicere dicenda nunc.

§. IV. Ejus descriptio; & videtur posse sustineri, quod sit potestas (ut ut latuerint eam habentes) publica, data à superiori puniendi suspectos; quæ descriptio ex subsequenti §. se explicabit. Nunc

§. V. Sequitur causa ejus efficiens proxima, quam exhibet illud Æneæ Sylvii tum Cardinalis in Europ. Cap. 49. *Carolus M. inquit, multa cum Westphalis prælia gessit, eosque magnis afflixit cladibus, cœgitque Christi religionem amplecti relictis idolis, quàm cum sapius abnegassent, nec jusjurandum adverterent, metu panæ rebellionem comperisset, nec jusjuramentum instituit judices, quibus potestatem dedit, ut, quam primum dejerassent aliquem comperissent, aut fidem fregissent, aut aliud aliquod flagitium commisissent, mox illum supplicio afficerent,*

rent, ubi primum comprehendi posset, nullâ citatione præviâ, aut defensione præmissâ. Concluditur ex his, Carolum M. esse & fundatorem & causam efficientem proximam quæstionati iudicii.

§. VI. Subjectum cujus repræsentant occulti illi iudices, atque Assessores, olim Viri & integritate vitæ, & morum probitate insignes, illos vocabant Frey-Grafen/ hos Schöpffen/ (quæ duo Nomina adhuc in usu sunt) vel Stuhl-Herren.

§. VII. Objectum sunt delicta, circa quæ illis erat iurisdictio, quia tamen permulta ad illud minùs pertinentes trahebantur causæ; Imperator Sigism. per Theodoric. ArchiEp. Colon. constituit, ut crimina in eo judicarentur tantum sequentia: *Si laicus Christianus masculus* (exemptæ ergo erant mulieres) *à fide deficeret*, quod hodie stante pace Westphalicâ cessat. *Si quis consecrata templa aut cimiteria combureret, aut spoliaret, si quis manifesta proditi- nis reus, si quis puerperis stuprum, aut Vim inferret, si quis furto, rapina, Homicidiis, seditioni, aut incendio operam- daret, si quis contra Magistratum graviter delinqueret, ju- dicio, autem se sistere detrectaret.*

§. VIII. Mirus in illo procedendi modus formam con- stituit, qui erat, risum teneatis amici, ut primum prætensè reos ad furcam condemnarent (nam sic jactabatur tum temporis hominum sermonibus,) postea de delictis eorum, atque innocentia inquirere solerent. Qui modus juxta Æneæ Sylvii cit. Cap. 49. talis erat. *Secretos habent iudi- ces, & arcana quaedam instituta, quibus malefactores judi- cant, & nondum repertus est, qui vel pretio, vel metu re- velaverit, in hoc igitur comparandi hodiernis, si dentur; Frimurariis, ipsorum quoque Scabinorum pars major occulta est, qui per Provincias discurrunt criminosos norant, & in- ferentes iudicio accusant, probantque, ut eis mos est; dam- nati*

uati libro inscribuntur & junioribus committitur executio. Erat ergo  
 §. IX. Hic effectus jurisdictionis, quam habebant per Uni-  
 versum se extendentem Imperium. Vid. hic Gold. im Reichs-  
 Saß tit. 1. fol. 103.

§. X. Restat nunc dicere causam remotam, quæ est, ut in  
 aliis judiciis, abstrahendo à modo procedendi, jus; & confide-  
 ratur hoc, vel absolutè, vel relatè; si relatè, qualiscunque fue-  
 rit modus procedendi, juris erit civilis latè spectati, si absolutè  
 adstruendum erit pro ejus causa remota jus naturale; ipsa enim  
 naturalis ratio dictabat, ut potestas coërcendi delinquentes da-  
 retur, ne pro arbitrio reconversi quotidianos excitent tumultus,  
 atque erigenti inter Neo-Christianos Christi fidem ad finem  
 suum consequendum prospectum satis haud foret.

§. XI. Cum verò contra Sacratissimas Principum Consti-  
 tutiones agerent judices ejusmodi atque Assessores, inauditos  
 condemnando tandem abolitum est, omninò, idque Maximil. I.  
 tempore 1512. Werlich. in Chron. August. p. 2. c. 1. fol. 16.  
 citatus Speidelio voce: Westphälisch Gericht.

§. XII. Deinceps rediisse Scabinos hos ad vigorem, jusque  
 adhuc 1555. dixisse ex Ord. Cam. p. 2. t. 20. colligit D. Maur.  
 in sua disp. de jud. Rothw. c. 1. Thes. 7. ab anno 1555. non  
 fit tamen ampliùs mentio hujus judicii in Recessib. Imp.

## COROLLARIA.

1. **Q**ui formositates describit Virginum civitatis non tenetur  
 illis injuriarum.
2. Sponsalibus potest adjici poena.
3. Juris peritum Cæsar creare potest in dignitate bullata; non pru-  
 dentia.
4. Licentiatus aëtualiter postulans est immunis à collectis persona-  
 libus.
5. Idem publicè docens aut ad id capax eadem gaudet immunitate,  
 quâ LL. Doctores.
6. Desinitio, quod testamentum sit voluntatis nostræ justa sententia  
 de eo, quod quis post mortem fieri velit, non est manca.